

Assignata geminatatōne. quare per. l. di-
 stincti sunt psalmi. **V**idendum est quare
 per tres quinquagenas. ideo. s. vt insinu-
 etur beata trinitas. que omnia predicta
 prestat. **D**onat enī septiformē gratiam.
 iuuat ad implendā legem. et in futuro re-
 munerat. **S**icut cum trinitas multipli-
 cat. l. faciunt. c. l. qui numerus omnium
 psalmozum est summa et plenitudo. **Q**u-
 erri quoq; solet. vtz vnus sit liber
 psalmoz: an plures. **H**ierony. v. libros
 dicit esse. propter. v. distinctōes. que fi-
 unt per fiat fiat. cui obuiare videtur. qd
 dicit in actibus apostolor. sicut scriptū
 est in libro psalmoz. nō in in libris. dicit:
 sed in libro dicit. quasi vnus sit liber: n̄
 plures. qd tñ superiori nō repugnat. **N**ū-
 nang; multi libri: vnus liber dicuntur
 vt multe ecclesie vna. et multi celi vnum
 celum. **V**nde scriptura dicit: q; aque sunt
 supra firmamentum. i. celum. et eadem ait
 et aque que super celos sunt laudent. idē
 significans p celos et firmamentuz. i. celū
Potest etiam dici in libro psalmoz. i. in
 aliquo libro illoz quinq;. quod tamen i
 vsu locutōnis vel n̄ est vl' raro est. **D**uo
 decim etiam prophetaz: vnus liber dici-
 tur. et omnes etiam canonicę scripture a
 quibusdaz vnus liber esse dicuntur. eo q;
 mirabili et diuina vnitāte concordent.
Illud quoq; non vacat. sed magna cō-
 sideratione dignum videtur. **P**rimus
L. agit de penitentia. **S**ecundus de mīa
 et iudicio. **T**ercius: de laude dei. in san-
 tis eius. **I**sti sunt nāq; tres status chri-
 stiane religionis. **S**ic enī ad eternam: be-
 atamq; vitam tendimus. **P**rius: per pe-
 nitentiam peccata damnamus: vocante
 deo ad penitentiam. quos apud se in oc-
 culto. predestinauit. **I**nde per misericor-
 diam. qua iustificati. bene viuimus. ne
 iudicium in futuro timeamus. deo vo-
 catos iustificante. **H**ic per misericordiā
 et timorem iudicij. in quo iudicio de ci-
 uitate domini disperdentur omnes qui
 operantur iniquitatem. tandem ad vitā
 glorificati intramus. **V**bi deum sine fine
 laudamus. **N**o hoc etiam pertinet. i. ad

hos. tres. status designādos. **Q**uod dñs
 ait in euangelio. **E**cce eicio demonia. et
 sanitates perfici. hodie: et cras. et scia die
 summoz. **D**emonia eicit: cū nos per pe-
 nitentiā a peccatis soluit. **S**anitates pfi-
 cit. cum per misericordiam viuere facit.
In futuro consummabitur: cum nos co-
 ronabit. quos status etiam in sua passio-
 ne. et dormitione. et vigilatione ostendit
In cruce patiēdo: de diabolo triūpha-
 uit. **I**n sepulchro quieuit. et in resurre-
 ctione exaltauit. **I**ta et nos. penitentia q̄
 diabolum vincimus: cruciat. **I**usticia: q̄
 a malis quiescimus: tranquillat. **V**ita e-
 terna vbi videtur deus sicut est: glori-
 cat: atq; iocundat. **P**enitētie igitur vox
 est. **M**iserere mei deus. **I**usticie vox est.
Misericordiam et iudicium cantabo tibi
 domine. **V**ite eterne vox est. **O**mnis spiri-
 tus laudet dominum.

Glossa magistralis: in librum hym-
 norum dauid. **P**etri lombardi: Magi-
 stri sententiaz: explicit foeliciter. **I**nscul-
 pta **N**ueremberge oppido Germanie ce-
 lebratissimo. ductu **A**ndree frischer d̄ wū
 fidel. **A**rtium liberaliū magistri. et **J**oan-
 nis **S**ensenschmid. **E**ius nurembergen-
 sis. **A**nno dñi. **M**illesimo quadringente-
 simo septuagesimo octavo. die vō febru-
 arij duodecimo.

Laus deo gloriofissimo.



1478



